


**Militia Sanctæ Mariæ**  
Observantia SS. Cordis Iesu et Mariæ  
Provincie Východní Evropa  
Preceptorát sv. Václava

# **Protimodernistická přísaha**



**Pragae 2008**

# Protimodernistická přísaha SACRORUM ANTISTITUM

Sv. Pius X, 1. října 1910

Ego **N. N.** Firmiter amplector ac recipio omnia et singula, quae ab inerranti Ecclesia magisterio definita, adserta ac declarata sunt, praesertim ea doctrinae capita, quae huius temporis erroribus directo adversantur.

Ac primum quidem: Deum, rerum omnium principium et finem, naturali rationis lumine "per ea quae facta sunt" hoc est, per visibilia creationis opera, tamquam causam per effectus, certo cognosci, adeoque demonstrari etiam posse, profiteor.

Secundo: externa revelationis argumenta, hoc est facta divina, in primisque miracula et prophetias admitto et agnosco tanquam signa certissima divinitus ortae christianae religionis, eademque teneae aetatum omnium atque hominum, etiam huius temporis, intelligentiae esse maxime accommodata.

Tertio: firma pariter fide credo Ecclesiam, verbi revelati custodem et magistram, per ipsum verum atque historicum Christum, cum apud nos degeret, proximo ac directo institutam eandemque super Petrum, apostolicae hierarchiae principem, eiusque in aevum successores aedificatam.

Quarto: fidei doctrinam ab Apostolis per orthodoxos Patres eodem sensu eademque semper sententia ad nos usque transmissam, sincero recipio; ideoque prorsus reicio haereticum commentum evolutionis dogmatum, ab uno in alium sensum transeuntium, diversum ab eo, quem prius habuit Ecclesia; pariterque damno errorem omnem, quo, divino deposito, Christi Sponsae tradito ab eaque fideliter custodiendo, sufficitur philosophicum inventum, vel creatio humanae conscientiae, hominum conatu sensim efformatae et in posterum indefinito progressu perficiendae.

Quinto: certissime teneo ac sincere profiteor, fidem non esse caecum sensum religionis e latrebis subscientiae erumpentem, sub pressione cordis et inflesione voluntatis maraliter informatae, sed verum assensum intellectus veritati extrinsecus acceptae "ex auditu", quo nempe, quae a Deo personali, creatore ac Domino nostro dicta, testata et revelata sunt, vera esse credimus, propter Dei auctoritatem summe veracis.

Me etiam, qua par est, reverentia subicio totoque animo adhaereo damnationibus, declarationibus, praescriptis omnibus, quae in Encyclicis litteris "Pascendi" et in Decreto "Lamentabili" continentur, praesertim circa eam quam historiam dogmatum vocant.

Idem reprobam errorem affirmantium, propositam ab Ecclesia fidem posse historiae repugnare, et catholica dogmata, quo sensu nunc intelliguntur, cum verioribus christianae religionis originibus componi non posse.

Damno quoque ac reicio eorum sententiam, qui dicunt christianum hominem eruditorem induere personam duplicem, aliam credentis, aliam historici, quasi liceret historico ea retinere, quae credentis fidei contradicant, aut praemissas adstruere, ex quibus consequatur, dogmata esse aut falsa aut dubia, modo haec directo non denegentur.

Reprobo pariter eam Scripturae sanctae diiudicandae atque interpretandae rationem, quae, Ecclesiae traditione, analogia fidei et Apostolicae Sedis normis posthabitis, rationalistarum comentis inhaeret, et criticem textus velut unicam supremamque regulam haud minus licenter quam temere amplectitur.

Sententiam praeterea illorum reicio, qui tenent, doctori disciplinae historicae theologicae tradendae aut iis de rebus scribenti seponendam prius esse opinionem ante conceptam sive de supernaturali origine catholicae traditionis, sive de promissa divinitus ope ad perennem conservationem uniuscuiusque revelati veri; deinde scripta Patrum singulorum interpretanda solice scientiae principiis, sacra qualibet auctoritate seclusa, eaque iudicii libertate, qua profana quaevis monumenta solent investigari.

In universum denique me alienissimum ab errore profiteor, quo modernistae tenent in sacra traditione nihil inesse divini, aut, quod longe deterius, pantheistico sensu illud admittunt, ita ut nihil iam restet nisi nudum factum et simplex, communibus historiae factis aequandum: hominum nempe sua industria, solertia, ingenio scholam a Christo eiusque Apostolis inchoatam per subsequentes aetates continuantium.

Haec omnia spondeo me fideliter, integre sincereque servaturum et inviolabiliter custoditurum, nusquam ab iis sive in docendo sive quomodolibet verbis scriptisque deflectendo. Sic spondeo, sic iuro, sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.



### Česká verze

Já **N.N.** pevně uznávám a přijímám, v celku i v jednotlivostech, vše, co neomylným učitelským úřadem bylo definováno, stanoveno a prohlášeno, zvláště ony statě učení, které jsou v přímém rozporu s bludy naší doby.

Za první - Nejprve vyznáváme, že je možno Boha s jistotou poznat a tedy i dokázat přirozeným světlem rozumu ze stvořených věcí (Řím.1, 20), tj. z viditelných děl stvoření, jako příčinu z účinku.

Za druhé – připouštím a uznávám jako nezvratná znamení božského původu křesťanského náboženství činy Boží, obzvláště zázraky a proroctví, zevní to důkazy zjevení, a považuji je za zcela přizpůsobené chápavosti všech dob i lidí, tedy i doby naší.

Za třetí – S neochvějnou vírou věřím, že Církev byla ustanovena samým a skutečným, historickým Kristem, když dlel mezi námi, za strážkyni a učitelku zjeveného Slova, a že je vybudována na Petru, knížeti hierarchie apoštolské, a na nepřetržitém sledu jeho nástupců.

Za čtvrté – Upřímně přijímám učení víry, jak se nám dochovalo, vždy v tomtéž smyslu a týmiž slovy, skrze Apoštoly a pravověrné Otce, proto naprosto zavrhuji heretickou smyšlenku o vývoji dogmat, jako vykazujících postupně se měnící smysl, odlišný od toho, kterého se Církev přidržovala dříve, rovněž zavrhuji všechn blud, na základě kterého jsou podstrčeny filosofické nálezy místo pokladu víry předané Snoubence Kristově, - nebo že je postaveno svědomí lidské lidským úsilím poznenáhlu utvářené, které se má ustavičným pokrokem zdokonalovat.

Za páté – Neochvějně uznávám a upřímně vyznávám , že víra není slepým náboženským citem , vyvěrajícím z hlubokého podvědomí , pod tlakem srdce (citu) a sklonem vůle utvářeného , avšak skutečným rozumovým přisvědčením pravdě přijaté zevně slyšením, jimž , pro autoritu nejvyš pravdivého Boha, za pravdivé uznáváme, co od osobního Boha, Stvořitele a Pána našeho bylo vysloveno, doloženo a zjeveno.

Pokud je na mně, s náležitou uctivostí a celou svou duší uznávám všechna zavržení, prohlášení a předpisy obsažené v encyklice Pascendi (Denz. 2071) a v dekretu Lamentabili (Denz. 2001), zvláště co bylo řečeno o historii dogmatu. Rovněž zavrhuji blud těch, kdož tvrdí , že víra Církví předkládaná může být v rozporu s historickou skutečností, a že dogmata v tom smyslu, jak jsou nyní chápána, se nedají uvésti v soulad s pravdivějšími počátky křesťanství.

Odsuzuji a zavrhuji sentenci těch, kteří říkají, že vzdělanější křesťan vystupuje jako dvojí osoba, jednou jako věřící, jindy jako historik, jakoby historiku bylo dovoleno přidržovat se toho, co jest v rozporu s vírou věřícího, či směl utvářet premisy, na podkladě kterých by vyplývalo, že dogmata jsou buďto nepravdivá, nebo pochybná, pokud by nebyla popírána vůbec.

Zavrhuji rovněž ten způsob rozkladu a výkladu Písma svatého, který pomíjí tradici Církve, analogii víry a normy Apoštolského Stolce, přidržuje se výkladu racionalistů, a textovou kritiku pojímá jakožto jedině správné a nejvyšší pravidlo, stejně nedovoleně jako opovážlivě.

Mimo to zavrhuji sentenci těch, kteří zastávají, že ten, kdo učí historické theologii, nebo o těch věcech píše, musí odložit předpoklad, spočívající v přesvědčení o nadpřirozeném původu křesťanské tradice či o příslibu božské podpory k trvalému uchování všech zjevených pravd, že jest nutné vykládat Otce církevní jedině na podkladě vědeckém za vyloučení jakékoliv posvátné autority, a s takovou svobodou při soudu, s jakou je přístupováno k rozboru památek profánních. Všeobecně pak vyznávám, že jsem dalek onoho bludu, podle kterého modernisté tvrdí, že svatá tradice neobsahuje nic božského, či, což jest mnohem horší, přijímají vše v pantheistickém smyslu, tak, že nezůstane než prosté, holé faktum, které je nutné stavět na roveň údajům dějepisným: lidí totiž, kteří chtějí k výuce započaté Kristem, a skrze Apoštoly předané, pomocí vlastního přičinění svým důvtipem a svou schopností s postupem času přičiňovat.

Proto se co nejpevněji přidržuji, a do konce svého života budu přidržovat víry Otců o bezpečném charismatu pravdy, které existuje a bude dále existovat v biskupském úřadě při apoštolské posloupnosti, ne aby se zastávalo to, co se zdá být lepší a vhodnější podle kultury toho kterého věku, ale aby nikdy jinak nebyla věřena a nikdy jinak chápána absolutní a neměnitelná pravda hlásaná Apoštoly od počátku.

To slibuji, že věrně, úplně a upřímně budu zachovávat a nenarušeně střežit, že se nikdy neodchýlím ani při hlásání, či písemném podání. Tak slibuji, tak přísahám. V tom mě pomáhej Bůh a tato svatá Evangelia.

